

ACAD.
LUGD. BAT.
BIBL.

Amplissimo nobilissimoq; Dno

Ego cum nihil tuo isto in me animo dignum referre queam,
meipsum tuo peculio inscribendum offero; magnaq; me spes
tenet, te fame amantissimum in tuo omnes supplementum de-
fectus. Sed in ipsa statim fronte quod corrigas offendes; dum
gratia a potentissimis Dnis Statibus tam liberaliter concessa
in ventos abit. Quidquid hac ex parte a me erratum, ampli-
tudinis tua erit, refarcire et excusare. Res ita se habet.
Litteras Dnorum Statuum, et instructionem inclusam, Magistra-
tij obtuli; sed ips lectis, omnes ad unum ferocissime se mihi
opponere, cavillari, increpare, et improbare quod ipsis
inscijs hoc procuratum sit; et asserere, se loco abdicato-
rum Magistratum constitutos esse in eadem qualitate,
et forma, immo et in munere servitiorum, quo predecesso-
res tum etiam fungebantur; non posse itaq; permittere,
ut ego ad illud intruderem; se potius cessuros officio, quam
id passuros. Ego e contra rem ad potentissimos Dnos de-
notores referri postulo. At ipsi termino deliberandi
preciso, ab officio Secretariatus me quamprimum ex-
auctorare minantur, coguntq; in instanti resolvere, an cedere
aut contendere mallet. Quamquam autem donationem, ipsis
quoq; iuribus confirmari posse non dubitarem; tamen haud
satis mihi consultum videbatur, me illis usq; adeo in ipso
statim principio opponere; sed potius importunitati eorum
cedere, et munus predictum ad tempus more solito con-
tinuare, committens eorum discretioni, ut post exactum an-
num mercedem laboribus meis dignam attribuant. Quam
licet meritis et tedijs meis inaequalem fore ex eorum
verbis colligam; malij tamen eo usq; expectare, donec
paululum ipsi adolescerent, et res se aliter disponerent.
Hic si me peccasse iudices, veniam peto; nec ideo a solita
benivolentia mihi quid detractum iri confido: humanum
enim est errare, sic et inscitia, ab affectibus superari. Tu porro

amplissime Dne hoc unum tibi persuadeas, nihil mihi perinde
in votis esse, quam ut liceat me totum amplitudini tue
mancipare, et manere qui sum eiusdem

Amplitud. P.


Negocia vicinorum nostrorum
Leutenjum et Heringensium,
quæ uxor mea latinis explicabit
studiosissime commendo.

Devotiss. famulus

Comedechuck

Denonæ 13 kalend. Julij 1634

Faint handwritten text in a cursive script, likely a signature or address, written in brown ink on aged paper.



Amplissimo nobilissimoq; Dno,
D. Constantino Hügemo à
Lijlichem, Equitj, et Illustrij:
Principi Turicco à secretis
et consilijs,

